



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt XVIII. Album castrum vel VVeissenburgum in d. Spirensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

## CAPVT XVIII.

*Album castrum vel VVeissenburgum in d. Spi-  
rensi.*

**Q**atuor sunt S. R. I. Abbatia ducali  
ignitate conspicuæ, Fuldensis, Cam-  
pidonensis, Murbacensis & VVeissen-  
burgensis; Föndatum est autem VVeissenbur-  
gense monasterium anno 623. Auctum verò  
ac dotatum anno 664. à Dagoberto Gallia-  
rum Rege: cuius filia Irmina fundatrix & Ab-  
batissa horrei Treuerensis in templo VVeis-  
senburgensi est condita. Diploma primæ  
fundationis exstat apud Ioannem Trithe-  
mum, libro de Regum Galliæ origine, ac re-  
bus gestis, & apud Munsterum in Cosmogra-  
phia. Dedicatum est autem S. Petro Aposto-  
lorum & S. Stephano martyrum principi-  
bus. Ceterum an. 1526. monasterium VVeis-  
senburgense, in Præposituram est commu-  
tatum, quæ an. 1546. Episcopatui Spirensi est  
annexa, Paulo III. Romano Pontifice & Ca-  
rolo V. Imp. consentientibus. Ita Bru-  
schius in Chronologia mo-  
nasteriorum Ger-  
maniæ.



CAP.